



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

*Apostrophe
ad Euam.* **O** Quoties ori admotū cōpuncta retraxit,
Audacisq; malī titubās sub pōdere dextra
Cessit, & effectū sceleris tremefacta refugit.
Dīs tamen esse cupit similis, serpitq; venenū
Ambitione nocens; rapiunt contraria mentē,
Hinc amor inde timor, dubiā iactantia pulsat;
Interdumq; etiā lex subuenit; æstuat anceps
Ambigui cordis dura inter prælia fluctus.
Nec tamen incensor desistit fallere serpens,
Ostentatq; cibū dubiæ, queriturq; morari.

CAP V T

X.

VT tandem vīctæ grauior sententia sedit
Aeternā tentare famem per criminis escā,
Serpentē satiare cibo quē sumeret ipsa;
Annuit insidijs, & pomū morsa momordit.
Dulce subit virus, capitur mors horrīda pastū.
Continet hic primū sua gaudia callidus anguis,
Dissimulatq; ferū vīctoria sœua triumphum.

CAP V T XI.

IGnarus facti diuersa ex parte reuertens
Adam, diffusi lāetus per gramina campi,
Coniugis amplexus, atq; oscula casta petebat;
Occurrit